



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 125. Henrici investigatio in Eboracensis Ducis obitum, & Perkini originem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Gallos sancita, penitus eversa erant, ac Sæcul. XV.
 trans mare fuga sibi consuluerant, jam A.C. 1494.
 audito Eboracensis Ducis nomine animum
 erigunt, magisque immota, quam un-
 quam alias fide Perkinum genuinum E-
 duardi filium esse sibi persuadent, cum in
 Hibernia pro illo, ut inquiebant, recogni-
 tus, atque in Flandria honoribus regia-
 suæ dignitati congruis exceptus esset.
 Primo igitur ab eis secretæ ac innume-
 ræ contra Regem, ejusque regimen in-
 dignationes audiebantur, dein certantia
 plurimorum vota anxie suspirabant, ut
 dignus ille Plantagenetanæ stirpis surcu-
 lus, qui a viro recens nato, ac dubiis
 natalibus ignobili suppressus erat, de-
 dum ad Angliae solium erigeretur. His-
 ce quoque conjuratis Guilielmus Stan-
 lieus nomen dedit, cui Clifordiæ Eques,
 necnon Barleyensis Dominus non soluna-
 sese adjunxerunt, sed etiam ceterorum
 conjuratorum nomine Legationem in se
 suscepérunt, atque in Flandriam profe-
 ffi sunt, ut sua quoque consilia cum Bur-
 gundiæ vidua conferrent, si famæ de E-
 boracensi Duce fides veritasque constaret.

§. CXXV.

*Henrici investigatio in Eboracensis
 Ducis obitum, & Perkini
 originem.*

Henriçus tumultuum in Flandria &
 Rx 2 Aa-

Sacul. XV. Anglia fuscitatorum ignarus , tan-
A.C. 1494 dem rem edocetur , ejusque Amici mox
 Regi auctores sunt , ut exercitum con-
 duceret : ast ille præ armorum apparatu
 potiorem habuit secretam solertiam , qua
 impostoris fallacia detegi , atque argu-
 mentis , testibusque omni exceptione ma-
 joribus convinci posset . Ergo in illos
 quatuor , qui de veri Eboracensis Du-
 cis obitu proprio oculorum testimonio
 certi erant , inquiritur , ex his vero Lon-
 dinensis turris Sacellanus , qui occisum
 terræ mandaverat , & Foresterus Tireli
 pedissequus jam fatis cesserant , hinc so-
 lum vita superstites erant Joannes Digto-
 nus itidem Tireli famulus , necnon ipse-
 met Jacobus Tirelus , cui Richardus III.
 necis jussa dedit . Hos itaque Henricus
 comprehendendi jubet , ut ex præscripto ju-
 ris separatim ad quæstionem adducerentur :
 cum vero eorum responsa omnino
 consona essent , atque ambo Eboracen-
 sis Ducis mortem , adjuncta loci , tem-
 porisqueratione , testarentur , horum te-
 stimonia ubique divulgabantur : sublato
 igitur præcipui momenti dubio Henricus
 totus in eo erat , ut pari certitudine de-
 tegeret Perkini originem , natalia , ejus-
 dem Parentes , ac cetera quæque , qui-
 bus fraudum artifex , ac adscititius , per-
 fonatusque Dux comprobaretur . Ergo
 in Flandriam , omnesque urbes , quas
 Per-

Perkinus frequentasse credebatur, inter- Sæcul. XV.
græ fidei viros ablegat; cumque illi de A.C. 1494.
mandata sibi provincia egregie fungeren-
tur, Henricus eorum relationem sollici-
te per omnes regiones publicam reddidit.

Nec hic stetit Henrici solertia; quip-
pe Poyningum etiam, atque Warhamum
Equites ad Philippum Belgii Archidu-
cem ablegabat, qui eum de percepta
fraudis notitia edocerent, rogarentque,
ne ullo pacto mendaci huic juveni auxi-
lium præberet; annuit equidem Philip-
pus Archidux; ejus tamen Senatus Per-
kinum Henrici manibus concedere recu-
fabat, obluctante Burgundiæ vidua, ut-
pote quæ illum publica voce Nepotem
suum jactitabat. Ergo Henricus, ut Flan-
dros nimiæ suæ erga Ducissam indulgen-
tiae poenitentia subiret, edictum promul-
gat, quo omnes Archiducis subditi una-
cum bonis suis sine cunctatione ex Anglia
discedere, Regis vero vasalli in Belgio
hærentes nulla mora in Angliam redire
jubebantur: Flandri hac legis severitate,
atque interclusi cum Anglis commerci
damno pressi, a Perkini partibus desci-
scere compellebantur.